

Bibliothèque numérique

medic@

Nicolai, Ernest Anton / Langermann,
Johann Gottfried. - Ordinis Medici
lenensis h. t. Decanus Ernest.
*Antonius Nicolai sollemnia
inauguralia candidati Ioannis
Godofredi Langermann ... A. D. 24.
Junii 1797 publice habenda indicit:
praemittitur commentationis de
curatione febrium intermittentium per
evacuantia. Partic VII*

1797.
Iena : Mauke
Cote : 90960 t. 77 n° 13bis



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?90960x077x013bis>

ORDINIS MEDICI IENENSIS

H. T.

DECANVS

D. ERNEST. ANTONIUS
NICOLAI

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA

DIGNISSIMI AC DOCTISSIMI VTRIVSQUE MEDICINAE
CANDIDATI

IOANNIS GODOFREDI LANGERMANN

MAXENO - MISNICI

A. D. XXIV. JUNII CCCCCXCVIL

PUBLICE HABENDA


INDICIT

Praemittitur commentationis

*de curatione febrium intermittentium per
evacuantia*

PARTIC. VII.

IENAE,
LITTERIS MAVKIANIS.



... et quod non solum auctoritate medicorum, sed etiam experientia et sensus proprii, et hoc non solum de medicis, sed etiam de non medicis, et non solum de iuxta medicos, sed etiam de iuxta non medicos, et non solum de iuxta homines, sed etiam de iuxta bestias, et non solum de iuxta animalium, sed etiam de iuxta vegetabilium, et non solum de iuxta vegetabilium, sed etiam de iuxta mineralium, et non solum de iuxta mineralium, sed etiam de iuxta corporum, et non solum de iuxta corporum, sed etiam de iuxta spirituum, et non solum de iuxta spirituum, sed etiam de iuxta atmosphaerae, et non solum de iuxta atmosphaerae, sed etiam de iuxta terrae, et non solum de iuxta terrae, sed etiam de iuxta aetheris, et non solum de iuxta aetheris, sed etiam de iuxta coelestium, et non solum de iuxta coelestium, sed etiam de iuxta universi, et non solum de iuxta universi, sed etiam de iuxta omnium rerum.

Non parum ad blandam et aerumnae experientem emetici operationem confert justum potus moderamen, illud scilicet, vt, dum emeticum capit, non plus bibatur, quam ad deglutiendum illud et saporem ingratum extinguendum opus est, instante et praefente autem operatione tanto copiosius bibatur idque aqua tepida vel infusum Thee dilutum vel infusum florum chamomillae, de quibus iam supra dixi. A forma, qua emeticum propinatur, saepius celeritas vel tarditas

tas operationis pendet, videmusque ceteris paribus evacuantia, si liquida sumantur forma, vt solutio, infusum, potio, mixtura, citissime operari, tardius vero in pulveres, et tardissime in pilulas redacta, quapropter semper ad apyrexiae durationem est respi-ciendum, ut, si haec brevior sit, pharmacum ea sub forma detur, sub qua citius operatio-nem exferit suam; si autem longior fuerit, formae electio aegri palato relinqui potest. Nec nimis prae-mature cum sufficienti vehiculo aquo sumto vomitorio nimiam, sed mediocrem tantummodo quantitatem super-bibere convenit, sed expectandum tamdiu, donec vomitorium assumptum nauseam et vo-mendi conatum excitauerit, ob rationes pau-lo ante dictas, quo facto aliquid superbiben-dum est. Nonnulli suadent, assumto emeti-co vomitum promovere assumendis iuscu-lis pinguibus, aqua tepida, in qua bu-tyrum liquefactum est, vel cerevisia cum ovo conquassata modicoque butyri decenter saliti adiecto, sed haec omnia mihi minus proban-tur et ab omnibus pinguibus et butyro absti-nendum esse iudico, quia nimis relaxant, et,

fi

Si non sunt valde salita, vomitorium involunt atque inefficax reddunt, quamvis alias, praesertim magna copia sumta, vomitum excitare soleant. Sumtum emeticum producit aut effectum quendam aut nullum, et in casu priori aut nauseam tantum et irritos vomendi conatus sine subsequente vomitu aut vomitum eumque aut solum, quo vel sumtum emeticum et potulentum duntaxat vel sordes primarum viarum aliaeque noxiae materiae, vt indigesta alimenta, mucus, bilis, vermes etc. expelluntur, aut simul alvi purgationem. Saepe solam duntaxat alvi purgationem excitat sine vlo vomitu et nausea, vel ita, vt vomitus tantum, quo emeticum et potulentum haustum tantummodo expellitur, vel nausea sola excitetur, saepe aqua tantum assumta vel impuritates in intestinis haerentes evacuans alyi fluxus sequatur, quem praecedere solent nausea, anxietas, lassitudinis sensus, ventriculi dolor aliaque et ad magnum ascendere gradum, cum vero impuritates per alvum excernuntur, evanescere. Vomitus, qui medicamento excitatur, sit vel unico vel multiplici et repetito impetu et paroxysmo, maiori

itterat

A 3

vel

vel minori, citius vel serius, facilius vel difficultius post assumptum medicamentum, per brevius vel longius tempus durat, et in quibusdam nonnisi gula digito vel pluma immissa irritata sequitur. Plerumque assumto vomitorio et potulento prioribus vomitus paroxysmis potulentum tantum eiicitur et sequentibus posterioribus vomitus paroxysmis tum demum eiiciuntur impuritates, et plerumque eae, quae aliis fluidiores mobiliores magisque resolutae sunt, prius, quam viscidiores minusque mobiles, utpote quae demum, postquam assumptis copiosis potulentis magis dilutae resolutae et mobiles et ad exeundum aptae redditae fuerunt, vomitu expelluntur. Frustra alimentorum solida indigesta, viscidabilis et pituita et omnia ventriculo nimis adhaerentia non nisi post aliquot vomitus praegressos eiiciuntur. Hinc patet, materiam evacuandam, ubi minus apta est ad evacuationem, pro varia sua indole convenientibus remediis prius aptam esse reddendam, ut faciliter et promptius vomitu eiici possit. Vbi signa docuerint, unico emetico non dum expulsam esse omnem colluviem, potest idem repeti

repeti debit is cautelis: vti quandoque requiri-
tur in febribus autumnalibus, dum corruptae
et tenacioris bilis magna copia adest, cuius
rei exempla suppeditant RIVERIVS Cent. III.
ob serv. 62. Per illustris STOERCK ann. med. II.
p. 164. et illustris MEDICVS *).

Non possum silentio praeterire tempus
exhibendi in febribus intermittentibus eme-
tica. Quaeritur nempe, vtram in paroxys-
mo, an extra illum in apyrexia, et vtrum in
morbi principio statim, an superatis aliquot
paroxysmis exhibenda sint emetica? In his
definiendis maxime diversae et inter se dif-
fidentes sunt medicorum opiniones. Sunt, qui
sub invasione ipsius paroxysmi vomitorium
exhibendum suadeant, innitentes HIPPOCRATIS
Aphor. Sect. II. no. XXIX. consilio: incipien-
tibus morbis, si quid movendum videtur, move
et Lib. de affectionibus XIX. si autem quartana
prehenderit, si quidem impurus fuerit, pri-
mum quidem caput purgandum, et tribus aut

A 4 qua-

*) Sammlung von Beobachtungen aus der Arzney-
wissenschaft, erster Band. p. 175.

*quatuor interiectis diebus medicamentum sursum evacuans exhibendum est sub ipsa febris accessione et CELSI de medicina Libr. III. cap. XII. p. 141 edit. Almeloven effato, qui, igitur, inquit, quam primum aliquis inhorruit et ex horrore incaluit, dare ei oportet potui aquam tepidam subsalsam et vomere eum cogere: nam fere talis horror ab his oritur, quae biliosa in stomacho residerunt. Idem faciendum est, si proximo quoque circuitu aequa accessit, saepe enim sic discutitur. Quam maxime congruunt recentiorum praecetta cum illis veterum. Inter hos principem obtinet locum ALEXANDER THOMSON *). Hic per viginti annos optimo successu in febribus intermittentibus sub primum paroxysmi initium emeticum dedit, ea tantum mutatione, vt, si frigus mox sponte concussionem validiorem excitaret absque nausea, tum differret emeticum, donec caloris stadio nausea oriretur. Hocce enim tempore*

*) Anmerkungen über die Cur der kalten Fieber in Edinburghischen medicinalischen Versuchen und Bemerkungen, vierter Band. p. 53 seqq.

tempore materiae morbosae plurimum ad ventriculum convertere eamque tunc maxime mobilem et fluxilem esse, vt tanto facilius excuti possit, putabat. Hoc ita esse concludebat exinde, quod tum temporis dimidia vel duae tertiae partes doseos emetici plus efficiant, quam plena dosis eo tempore ingesta, quo natura quiescit. Ita saepe vel unico vomitu morbum iugulavit, vel, si succederet alias paroxysmus, secunda dosi tantopere infregit, vt vix eiusdem praesentia compareret. Quid? quod aegrum sic tractatum longe minori corticis chiae quantitate, quam alias ad consumma uadam curationem, opus habere asseverat. Consentient cum hoc illustris CVLEN *), qui durante frigore vel initio caloris vomitoria in hisce febribus exhibenda suadet, et Celeberrimus GRAINGER, qui in *historia febris anomala Batavae* p. 84 in febribus intermittentibus emetica omni intervallo saepe dedit, sed testatus simul est certa et explorata fide, quod, cum primum

A 5 aliquis

*) Anfangsgründe der praktischen Arzneywissenschaft, erster Theil p. 149. §. 228.

aliquis horruuit vel ex horrore incaluit, vt Celsus vult, tunc detur cum maxima euphoria vomitum ciens medicamentum, quoniam hoc tempore maxime fluxilis esset materia morbofa, qua excussa paroxysmus fere semper levaretur et sic apyrexiam, quae corpori reficiendo adeo necessaria esset, totam cibariis destinare possemus. Etiam RIVERIVS *Oper. medic.* p. 526, maior, inquit, et communis est medicorum consensus in vomitoriiis initio paroxysmi exhibendis, quia natura eo tempore ad eam evacuationem magis prona est, neque dubium est, vomitum in principio paroxysmi excitatum, et pluries, cum paroxysmi incipiunt, repetitum mitiorem brevioremque morbum efficere, multique alii consilii vomitorium tempore frigoris seu initio paroxysmi exhibendi hanc afferunt rationem, quod tunc temporis materia febrilis iam omnis sit in primis viis collecta simulque ad expulsionem mobilissima et aptissima, vt adeo tunc emeticvi omnis plane exuti possit, praeterea ipsa natura istud remedium exposcat indicetque, dum sponte nauseas vomitusque

pro-

producit, quo fiat, vt tunc temporis duae tertiae partes aut dimidia pars dosis emetici plus praestent, quam integra alias dosis, et vt remedium ipsum tum illico cum ipsa materia febrili excussum haud tantas in aegro turbas excitet, quantas in apyrexia sumtum et diutius in corpore retentum.

Hactenus illa. Muneris ratio postulat, vt candidatum doctrina medica et philosophica praefantem, studio medicorum veterum et recentiorum insignem, morum probitate et honestate maxime commendabilem in scenam et conspectum omnium producamus eiusque panegyrin instantem ex more et instituto veteranum indicamus. Cuius quae fuerit vitae studiorumque ratio, ipse sic sequentibus exposuit verbis.

*Ego Joannes Godofredus Langermann natus
sum Maxeni apud Dresdam a. MDCCLXVIII.
d. VIII mens. Aug. patre Joanne Christiano,
matre Anna Maria e stirpe Grahiana, quos*

paren-

*parentes carissimos mihi adhuc superfites esse
vehementer laetor. Infans veni in notitiam VIRI
ILLUSTRISSE AC GENEROSISSIMI A SCHOEN-
BERG, AULAE ELECT. SAXON. PRIMI MARE-
SCHALLI, cuius mortem nimis maturam la-
gens beneficiā et amorem fere paternum gra-
ta mente semper celebrabo. Anno aetatis XII,
cura viduae fautoris morte erepti, commissus
sum in Scholam, quae Dresdae floret, cru-
cianam; ab HOMILIO viro arte musica celeber-
rīmo, morte iam defuncto, a KOEHLERO,
HAENTSCHELIO, BEUTLERO atque OLPIO, vi-
ris clarissimis, artium et literarum praecepta
atque initia accepi. Vitam scholasticam ab-
solvi a. MDCCCLXXXIX meque in academiam
Lipsiensem contuli, ut ad studia altiora, pree-
fertim Jurisprudentiam me applicarem. Ci-
vis illius academie factus sum ILLUSTRI PLAT-
NERO tum Rectore. Historiam tam universa-*

lem

tem quam statuum Europaeorum et S. R. imperii a WIELANDO et HILSCHERO accepi, Philosophiae causa scholas CAESARIS ut et PLATNERI frequentavi. In iuris autem disciplina RICHTERUM, SAMMETUM, HAUBOLDUM, BENERUM, STOCKMANNUM, EINERTUM, BAUERUM et SCHOTTUM habui praceptores. Finito curso academico publice disputavi thesesque iuris controversi varias, praefide ampliss. SCHOTTIO defendi. Libellum postea edidi inscriptum: BEMERKUNGEN ÜBER LEIPZIG etc. 1794. filiosque Roederi mercatoris erudiendos suscepit. Magno autem desiderio, res naturales praesertim medicas cognoscendi addiscendi detentus, consilium demum cepi de immutanda studiorum meorum ratione et Jenam nostram adiū, allicitus fama virorum, qui academiam hanc ornant. Anno MDCCXCIV in numerum civium huius Academiae me recepit

pit

pit vir SUMME VENERANDUS SCHMIDT tunc tem-
poris Proreector. In philosophicis EXCELLEN-
TISSIMUM FICHTIUM audivi; historiam natu-
ralem reique herbariae praecepta ab EXCELLEN-
TISS. BATSCHIO accepi, Chemiae autem et Phar-
maciae EXCELLENTISS. GÖTTLINGIO et SCHE-
RERO ducibus operam dedi. Physiologiam
Osteologiam, Anatomiam nec non Chirurgiam
universam et Medicinam forensem ILLUSTRI
LODERO in acceptis refero; cuius Viri incom-
parabilis insignem in me benignitatem grati-
fima mente agnosco et semper sum agnitus.
Semiotices Pathologiae ac utriusque Therapiae
praeceptor mihi contigit ILLISTRIS HUFELAND.
In Materia medica autem celeb. STARKIUM au-
divi, a quo etiam formulas praescribendi ra-
tionem didici. Artem obstetriciam in scholis
ILLISTRIS STARKII, adiunctis eiusdem de mor-
bis infantum atque mulierum recitationibus,

exco-

*excolui. Plurimum quoque mihi profuisse
institutum clinicum, quod ductu et auspicio
utriusque STARKII floret, lubentissime fateor
Nam in hoc non audiendo solum et spectando,
verum etiam, quod magis est, consultando
et agendo veram medendi rationem imbibendi
ingeniumque exercendi omnis mihi data fuit
occasio atque potestas. Quanta huius utrius-
que viri de me sint merita et beneficia omnis
generis, quantam eorum expertus sim huma-
nitatem et benevolentiam, nulla certe unquam
temporis diuturnitas ex animo delebit.*

*Caeteris etiam omnibus ac singulis pae-
ceptoribus, fautoribus ac patronis venerandis
maximas, quas animo concipere possum, gra-
tias ago, habeo, et, quantum potero, semi-
per in futurum persolvam.*

*Examen tam theoreticum quam rigoroso-
rum dextre et feliciter superavit, applausum
exami-*

examinatorum tulit unaninem et baccalaurei
titulo ornatus impetravit veniam dissertatio-
nem suam proprio marte elaboratam, quan-
do ei cunque libuerit, publice defendendi.
Faciet hoc sine praeside a. d. xxiv. Junii.
Quam solemnitatem ut MAGNIFICVS ACA-
DEMIAE PRORECTOR, S. R. I. COMITES IL-
LVSTRISSIMI, PATRES ACADEMIAE CON-
SCRIPTI, PROFESSORES AC DOCTORES HV:VS
ACADEMIAE CELEBERRIMI, VTRIVSQVE REO-
PUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, GENERO-
SISSIMI AC NOBILISSIMI COMILLITONES CE-
TERIQVE LITERARVM AC BONARVM ARTIVM
FAVTORES sua praesentia condecorare, illu-
striorem ac splendidiorem reddere velint,
ordinis mei verbis, ea, qua decet, obser-
vantia oro rogoque. D. D. Sub Sigilli Facul-
tatis a. d. xx. Iunii MDCCLXXXVII.

